u *Quæro nunquid.*] Farin.q.90.num.91.inſpect.2. Quid verò in muto,& ſurdo,q.99.cauſa 17.n.159. *Roſ.*

44 *Quæro nunquid ignorantia.*) Adde † in hac materia, an ignorantia excuſet à delicto, vidend. Blanc.in ſua pract.crim. capit.ignorantia, fol.91.vbi pleniſſimè, & Gabriel.concl.libr. 6. tit. de reg. iur.concluſ. 6. vbi ipſe etiam multum diffusè tractat hãc materiam; latiſſimè vide etiam per Tiraquell. in tract. de pęn.temper.cauſ.vndecima, vbi ponit, quod ignorans mitius punitur, & quod factum ignorantia probabili non poteſt puniri, nec Princeps facere poteſt, vt puniatur ibi nu. 1. uſque ad 5. & ferè per totam cauſam, & quando ignorantia non excuſet, numer. 7.uſque ad 12.17. 18.19.20. & 23. & cauſa 13.numer.22.& quæ ignorantia dicatur probabilis, quæ affectata, numer.22. 24.& ſeq.Bertazzol.conſ. crim.439. numer.6. Item adde, quod ignorantia facti non excuſat, ſi diſſimulatur, uel cum quis uellet eum certiorare, noluiſſet audire, uel hoc ſciens, non deſtitit, Bald.in l.quicunque, C.de ſeru.fugi. Ignorantia facti, non de induſtria, aut dolosè excuſat adeò, ut ignorantes, aut non puniuntur, aut leuius puniuntur Tiraquel. de pęn. temper. cauſ. 13. num. 1. cum pluribus ſequentibus, & ideo ſtatutum puniens capitaliter homicidium intelligitur, ſi dolo, non caſu fuerit cõmiſſum num.10. cum ſequent. ubi quomodò conficiendus ſit libellus ad euitandam ignorantiam, num.14.& 15.

puniri. Ita tenet Bartol.in l. pen.ff.ad legem Pomp.de parricid. & eſt comm. op. vt ait Didac.in repet.cle.ſi furioſus fol.319.n.6.Plaza lib. 1.delictorum,c.31.n.3.

13 *Quæro,* [u] *nunquid ignorantia in delictis excuſet. Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd quælibet ignorantia etiam iuris excuſat à dolo: & hanc dicit eſſe com.reg. Cæpol.conſ. ciuili 18.num.5. Alij dicunt, quòd quãdo ignorantia conſtitutionis, vel decreti eſt abſque culpa, tunc proculdubio excuſat reum ad omnem pœnam euitandam. Et hanc dicit eſſe comm.op. Gratus conſ.49. nu.35.lib.2. quem refert Plottus in repetit.l. ſi quando, num.858. Tu verò dic, quod quando delictum, quod punitur ab ipſa conſtitutione, vel decreto, eſt etiam prohibitum de iure communi, eo caſu ignorantia conſtitutionis, vel ſtatuti non excuſat. Vide, quæ dixi infra quæſt.85. verſic. ſecundus eſt caſus. Scias etiam, quod in Iudice, qui tenetur leges ſcire, ignorantia iuris ciuilis, vel canonici, vel poſitiui, licèt illum* [x] *excuſet à tanto, nunquam tamen excuſat à toto. Et ita communiter dicitur, vt ait Paris Puteus de ſynd.fol.300.num.1. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi ſupra quæſt.31. verſic. ſcienter, & dolosè.*

14 *Solet dubitari* [y] *nunquid mandatum ſuperioris in delictis excuſet. Tu dic, quod regulariter excuſat, modo illud quod quis facit ex mãdato alterius, non ſit de genere prohibitorum, et ſic de ſui natura poſſit fieri citra delictum.*

15 *Et ideo* [z] *operarij, & Fabri excuſantur de eo, quod operantur in re alterius ex mandato conducentis, ſecundum gloſ.in l.rem, §.dignum, in gloſ. final. ff. de rei vendic. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Socin.conſilio ſexageſimoquarto, numero vigeſimotertio, libro quarto. Et dicit Iaſ. in l. de pupillo, §.nunciationem, numero ſeptimo, ff.de noui oper. nunciat. quod illa gloſ. approbatur per omnes, & tenetur in practica. Hanc etiam dicit eſſe communem op. Boſſ. in titul.de mandato ad homicidium, numero duodecimo Taeg.in pract.crimin.cap.10 numero trigeſimoſexto, Roland. conſil. quinquageſimoquarto, numero ſexto, libro primo, vbi in facti contingentia pro operarijs, qui ligna inciderent, conſuluit, prout*

nem hanc ſententiam dicit Plot. vbi ſupra numero 858. & cridas ignorare non eſt dolus, ſed lata culpa, niſi in caſibus de quibus ibi, vbi etiam multa ad hanc rem pertinentia numero ducenteſimo quinquageſimooctauo, & numero dumero ducenteſimo ſexageſimo. *Baiard.*

x *Excuſet à tanto.*] Supra quæſtione 38. verſic. quæro etiam circa fin.q. 64.verſic illata verò, ibi, apud nos autem, Crauet. conſ.244 ſub.n.7. *Drgob.*

n *Mandatum ſuperioris.*] Adde gloſ.ad conſuetud. Turo.tit. des Droiſtz de haulte iuſtice,art.1.infra q.87. verſ. fin *Drogh.*

Mandatum ſuperioris. Adde mandatum Principis, ſeu tyranni, magiſtratus, Domini, & partis, an excuſet delinquentes ſubditos, ſeruos, & filios à pęnis delicti, latè, & diligenter explanatum per Iaco. Menoch.de arbit.iudic.li. 2.cent.4.caſ.354. *Giach.*

Mandatum ſuperioris.
49 Adde † in hac materia videndum omnino Menoch.de arbit.caſ.354.

50 Item adde, quod † mãdatum debet probari per ſcripturam, alias non crederetur, l.1. vbi Bartol.& omnes C.de mand. Princip. niſi ſuperior, à quo aſſerit mandatum habuiſſe, ſit in eo loco, vel vicinus, ita quod de facili poſſit ab eo veritas haberi, Grammat.conſil. 54. nu. 17.& deciſ.36.numer. 25 & 27.

51 Item adde, † quod tranſgrediens mandatum Iudicis factum in ſcriptis, grauius punitur, quàm tranſgrediens factum in voce, Afflict.in conſtit.ſi vaſſallus, n.24.fol.282.

45 Item † adde, quod pluribus modis probatur ignorantia, ut per Menochium de arbitrar. caſ.186. ubi concludit, quòd remitteretur arbitrio iudicis, & an ignorantia præſumatur, & quibus coniecturis probetur; & in quibus caſibus iuramento probari poſſit, Maſcard.de probat.concl.879.880. & 881. uolum. 2.

46 Item † adde, quod ignorans proclama non debet puniri pęna in eo contenta. Becci.conſil. 60.& deciſion.Pedemontan. 71. ubi multa in materia ignorantiæ, & Grammatic. in deciſion 36.numer.16 cum ſequent.& ibi numero 24. quòd
47 quis † non admittitur ad probandam ignorantiam publici banni, ſed ad probandam inſcitiam, & admitteretur ad probandam abſentiam à loco, & Ciuitate. Boſſ.in titul.de rapin.
48 numer.24.& 25. & an abſens † à Ciuitate, in qua fit publicatio, ligetur, per addent.ad Bertazzol. in conſilio 122. uolumin.1. Banna, ſeu cridæ factæ, & publicatæ in Ciuitate non præſumuntur uenire in notitiam Comitatui, & factæ in Comitatu non præſumuntur innoteſcere Ciuitati, Plot. in l.ſi quando, numero octuageſimoquinto, & ſequent. C unde ui, & cridæ, vbi non ſunt publicatæ in loco habitationis illius; qui conuenitur ad pęnam, excuſatur ob iuſtam ignorantiam à pęnis contentis in cridis, & ſtatutis nouis, etiam quòd ſtatuta prohiberent allegare ignorantiam ſtatuti, & commu-

52 Item adde, † an contemptor mandati Regis poſſit puniri pęna mortis, Afflict. in prælud. conſtitut. poſt mundi Machinam, n.39.fol.17.

53 Item † adde, quod operarij habent actionem iniuriarum contra Dominum, qui eos immiſit in fundum alienum verè, & tenetur, Dominus ſe offerre liti pro illis. Riminald. conſilio quingenteſimo ſeptuageſimoſexto, & quando operarij, & laboratores excuſari poſſint, latè Plot.in l.ſi quando, §.49. numero vigeſimo ſeptimo, verſiculo primo limitatur, vbi ponit ſeptem limitationes, in quibus operarij, & laboratores tenentur in antiquis à numero 780. vſque ad numerum 792. & quomodo accuſatio contra eos fieri debeat numero 782. *Baiar.*

z *Et ideo operarij.*] Farinacius in quarto volumine quæſtione nonageſimaſeptima latiſſimè hanc materiam tractat numero primo, caſu primo, & ſecundo, numero vigeſimoquinto inſpect. prima, & caſu ſecundo inſpect. ſecunda, numero ſexageſimoſecundo, necnon caſu tertio, numero ſexageſimoſeptimo, & caſu quarto, numero 81. atque caſu quinto, numero 109. item caſu 6.num. 121. addas caſum 7. numero 131. caſum octauum, num. 149. & caſum nonum, nu.142. cum notatis per Chartar.de execution. ſent.capit.fin.nu.361. *Roſ.*

Operarij

a *Operarijs criminaliter accuſatis.*] Defende ergo Maſſarium, ſiue operarium, qui ex alterius mãdato operatur in alieno, quia ad talem operarium non ſpectat alia cognitio, niſi prius monitus fuerit, ut hic; prout nec aliàs ſpectat Biroarijs cognoſcere de licita, uel nõ licita captura, ut eſt ſupra quęſtione uigeſimanona, uerſicul.ſed quid ſi ille, & uerſic. primo in princip. Dec. in l.uelle non creditur, num.8. cum ſeq.ff.de reg.iur. Boer. in addit. ad Din.in l.non eſt ſine culpa litera A.de regul.iur in 6.Menoch. de arbitr.iud. lib.2.cent.4. caſ. 354. nu. 40.limita, ut ibi, Fel.in c. conſtitutus, coll.6.de reſcript. *Drogh.*

b §. *primo.*) Far.d.qu. caſu 9.n.66. *Roſ.*

c *Hæc autem de plano procedunt.*) Far.d.caſu 1. n.19.& 23. *Roſ.*

d *Sed quid in Principe*) Far.d caſ.1.n.11. *Roſſ.*

e *Excuſatur.*) Adde, ut per Carer. in pract.crim. pag. mihi 324. n.112. ubi & antiquos, & modernos quamplures aduocat cõcordantes. *Baiard.*

f *Idemque ſi Princeps*) Adde, quod de mandato Principis, aliorumque tradit Tiraquel.de pęn.cauſ.
54 34 † quod Martin. Lauden.in tractat. Princip. in 6.uerſ.dicit, quod ſi Princeps iracundia motus ſine cauſæ cognitione mandauerit crudeles uindictas alicui Iudici, Iudex non debet permittere executionem uſque ad triginta dies, ut interim ceſſet iracundia Principis, per text. in l.ſi uindicari, C. de pęnis. Et ſimile dicit de Papa, quando aliquid irrationabile mandat, debet eidem reſcribi, capitul. ſi quando de reſcript. Grãmatic. uoto 32. numero decimoquarto, & ſequen. in quo tractat, quod ſibi iniunctum per Proregem ut nobilem ſine indicijs torqueret, & quod Iudex debeat ſuperſedere per triginta dies in exequendo ipſius Principis uoluntatem, tenet Viu.opinion. 638.ubi atteſtatur etiam de communi, & reprehendit Dominum Clarũ, dum dicit, quod hoc nun-

etiam pro huiuſmodi [a] *operarijs criminaliter accuſatis cõſuluit Bald. conſil. 144.lib.1. & conſil.314. eodem vol. & conſ.463.libr.3.& conſ.436. lib.5. Scias tamen, quod quando ipſis operarijs, ſeu laboratoribus fuiſſet facta denunciatio, ſiue proteſtatio, vt ab ipſo opere deſiſterent, eo caſu non excuſantur, & ita videtur communis opin. vt ait Dec. in l. velle non creditur, poſt nu.3. ff.de reg.iur. quem refert Taeg. in loco præallegato, num. 37. talis enim denunciatio illos in mala fide conſtituit. Item ſi huiuſmodi operaij de nocte acceſſiſſent ad laborãdum, vel actum clandeſtinè feciſſent, non eſſent excuſandi. Et hæc eſt cõmunis op. vt atteſtatur Plottus in repetit.l. ſi quando, numer. 790. Ex quo enim clam agunt, videntur eſſe in dolo. Faciunt, quæ dixi infra. verſ. ſed an fortè. Ex hoc etiam infertur, quòd ſimiles, vel collaterales Prætoris de eius mandato aliquem decapitari fecerint iniuſtè, excuſantur, prout aliàs iudicatum fuiſſe in facti contingentia refert Catald. de ſyndic.qu. 120. Scias etiam, quòd hæc concluſio intelligenda eſt, vt procedat in delictis leuibus: nam in delictis atrocibus mandatum ſuperioris nunquam excuſat, Eſt communis opinio, vt dicit Iaſ.conſil.136.poſt med.lib.1 quæ autem dicantur delicta atrocia, dixi ſupr.hoc.eod.lib.* [b] *§.1. verſic.ſunt etiam. Intellige quò ad hoc, vt in totum non puniatur, ſed benè excuſat, vt mitius puniatur, etiam in atrocioribus. Ita ſentit gl.in l.2.in gloſ.1.C.de ſepult.viol. quam Doctores cõmuniter approbant, vt atteſtatur Didac.in epit. ſuper 4. decr.fol.46.nu.7.in fin.* [c] *Hæc autem de plano procedunt in mandato ſuperioris ſimpliciter loquendo: ſed ſi eſſet vir potens, & ſeuerus erga eos, quibus mandare poteſt, fortè eſſet excuſandus, qui de eius mandato aliquod delictum cõmiteret, non quidem à tota pœna, ſed mitius, & citra mortem puniendus, prout reperio in facti contingẽtia ſeruaſſe Curiam Neap. quæ condemnauit ad triremes quemdam famulum, qui de mandato cuiuſdam domini viri potentis opere, & ſermone, appoſuit cuidam comitiſſæ fragmenta lapidis adamantini in quadam cratera, etc. vt refert Gramm. voto 38.* [d] *Sed quid in Principe, vel domino ſi mandet alicui, vt alium occidat ſub comminatione, quòd niſi exequatur, ipſum occidi faciet: nunquid hoc caſu mandatarius excuſabitur? Reſp. quod de iure ciuili* [e] *excuſatur, & eſt communis opin. vt atteſtatur Corſet. in verbo. Metus, ſing.incip.an operetur timor, quem refert Practic. Carrer. fol.422. numer.174. Taeg. in pract. crim. can.10. n. 36. videtur enim hoc quodammodo facere ad ſui neceſſariam defenſionem, ne.ſ.ipſe occidatur. Faciunt quæ dixi inf.verſ.quæro modo.* [f] *Idemq; ſi princeps mandat officiali, vt aliquem ſine proceſſu ſuſpendi faciat, poterit officialis tale mandatum exequi licitè, & ſine peccato. Et ad hoc allegatur dec.Cyni, quam dicit eſſe communiter à Doctorib. approbatam Cagn. in d.l.velle non creditur, n.10.in fin.ff. de reg.iur. reperio tamẽ quod Pract. Carer. f.323.n.110. dicit, quod imò contrarium communiter concluditur, ſcilicet quod nullo modo debet officialis exequi tale mandatum iniuſtum, ſed ſuperſedere, & Principi reſcribere, maximè ſi Princeps motus fuerit iracundia: quam opi. dicit etiam videri magis communẽ Taeg. in d.c. 10.n.38.* [g] *Sed certè ego non darem amico meo tale conſilium, & multò minus, quando princeps eſt iratus, ne ei contingeret id, quod contingit prætori Varisij, de quo mẽtionem facit Boſſ. in titul. de homicid.n.98. in fin. Excuſatur etiam ex mandato ille, qui delictum commiſit, quando mandatum factum fuit à perſona, quæ illud idem delictum poterat impunè committere. Et poteſt poni exemplum in eo, qui de mandato patris interfecit filiam depre-*

quam ſuaderet amicis ſuis, quando Princeps reperiretur iratus, dicit ta-
55 men hoc procedere, † niſi interueniret ſecundum reſcriptum, & iuſſio ipſius Principis, quia tunc Iudex exequendo non peccaret: ad hanc quæſtionem, quid facere debet Iudex, & an peccet parendo mandatis, vide omnino Rolandum in conſilio duodecimo, volumine tertio, deciſione Pedemontan. ſeptuageſima nona, Burſat. conſilio ducenteſimoprimo numero nonageſimoquarto, volumine ſecundo, Natt.conſilio 625. numero quinto, volumine tertio, Couarru.in capit. primo variar. reſolution. & nouiſſimè per Chartar in tractat.de execution.ſententiæ contumac. in capit final. numero 327. cum multis ſequent. vbi magis latè, quàm alij hanc quæſtionem tractauit. ſed hoc de raro contingit, niſi apud Tyramnos, quibus
56 contradicitur, quia † ſemper habent officiales ſecundum cor eorum immemores ſalutis æternæ, qui, nedum non repugnant, ſed vbi mandata ſunt magis iniuſta, & iniqua, tanto libentius obediunt, & Tyranni non ſolent accipere Doctores, qui officia apud iuſtos, & veros Principes exercuerint, ſed Doctores ignaros & crudeles, & eos, ſi ſunt prompti, & veloces ad explendam Tyrannidem ſuam, ſemper retinent: non obſtantibus populorum ſuorum clamoribus. Inutilia quidem verba, & ſcriptori damnoſa; Nam tales hodie non reperiuntur Principes, quinimò, & iuſti, & boni, quibus, ſi nota ſuorum Doctorum in iuſtitia fuiſſet, non eſt fuiſſet, nõ eſt credendum eos tenere velle, ſed multi latrant, nec canem vident, & optimum eſt de Principibus ſilere. *Baiar.*

g *Sed certè ego non darẽ* Attende conſilium, vt exequantur mandata Principum, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, gloſ. in cap. ex parte el ſecondo, in verbo rationabilis, extr.de off.deleg. Sed, heu, legant interim iudices, quid de Pilat.

henſam in adulterio, de quo dixi ſupra hoc eod.li.§.homicidium, verſ.dubium eſt. Et licet aliqui dixerint hoc non habere locum, niſi in illis perſonis, quibus poteſt imperari, prout eſt in filijs, & in ſeruis, nihilominus communiter tenetur contrarium, vt dicit Cæpoll.conſ.crim.4 col.1.ſubdẽs etiam, quod ita obtinuit in facti contingentia, prout illũ refert Pract.Carer. fol. 325. nu.113. [h] *Vide quæ dixi loco præallegato.*

17 *Quæro* [i] *modo, nunquid metus, aut vis in delictis excuſet? Reſp. quod ſic, & ideo delinquens propter metum, vel coactè, non punitur, & eſt communis op. vt ait Dec. in l.vt vim, in 2 not.ff.de iuſt. & iur. prout illũ refert prac. Carer. fol. 421. numero 173. de quo dixi ſupra hoc eodem libro, §.homicidium, verſ.excuſatur autem, & ſeq. Et pro muliere, quæ per metum adulterium commiſerat, conſuluit Abb.conſil.4.libr.1. Hinc infertur, quod, Si quis alium interficiat metu mortis, non eſt puniendus pœna homicidij vt dicit Bal.in.c.1.§.iniuria, poſt num.19.verſic.ſed pone, de pace iuram. firman. & eſt communis op. vt atteſtatur Bolenc.in repet.l.capitalium, §.famoſos, numero ducenteſimo, ff. de pœnis. Faciunt quæ dixi ſupra, verſic. ſolet dubitari.*

18 *Nunc* [k] *quæro, nunquid prouocatio aduerſarij delinquentem excuſet. Reſp. quod regulariter prouocatus, qui deliquit, non excuſatur: & eſt communis op. vt dicit Boer. conſil. 4.n.28. loquens de iniuriato, qui iniuriantem iniuria affecerat; ſubdens etiam, quod ita obſeruatur in practica: de quo ego dixi ſupra hoc eo.lib.§.iniuria, verſic.quæro*

referat Auguſt. noſtis, inquit, illum lauiſſe manus, & dixiſſe; quod feciſſet, mundum ſe à morte Saluatoris; fecit tamen; adde text.2.q.1.cap.in primis; At de malo euento iudicibus. ſupra quæſt.8.verſic.ſcias tamen; ſaluat tamen iudicem, qui de mandato ſuperioris aliquid iniuſtè facit, Alciat.tractat.de præſumpt.reg.3.præſumtion. 8. numero ſeptimo poſt med. eo quia non poteſt inquirere de facto domini, & Superioris, vt ibidem; & legitur de Petronio Romano, qui cum in mandatis haberet à Calligula Imperatore, vt omnes iudęos, qui eius ſimulacrum non adorarent, debellaret, cum videret Petronius magnam ſtragem futuram ob pertinaciam hebræis ſolitam, ſicque ei reſcripſiſſet; iuſſus fuit à ſe ipſo mortem inire. Hoc modo, (inquit Imperator ille) diſcant homines Imperatorum mãdata exequi. Hæc & alia in propoſito retulit Felyn. in cap. cum dilecta, coll. mihi decima, extr. de reſcript. vide eundem Felin. in cap. quæ in eccleſiarum coll. 18. extr. de conſtitut. & habetur Regum ca.10. lib. . quia melior eſt obedientia, quàm victimæ; latè Chartar. de execut. ſentent. capt. bannit. cap. fin. à num.327. cum pluribus ſeqq. & de eodem Petronio Romano in hæc verba loquutus eſt Ioſeph de Bello Iudaico libro 2. Aut enim Deo cooperante placabo Cæſarem, ac vobiſcum ſaluabor libenter, aut illum in vltionem irritabo pro tanta multitudine imponendo animam meam; loquitur tamen ibi Ioſeph de Caio Cæſare, non de Calligula; vide in hoc propoſito Crau. conſil. 137.n.10. *Drogh.*

Sed certè ego.] Cartar. in cap.fin.nu.338 & n.327. iuncto n.333. Far.q.97.caſu 1.n.2.& caſu 2.n.30. *Roſ.*

h *Num.*113.] Farin.vol.4.q.97. numer.14.15.17.23.24. caſ.1.*Roſ.*

i *Quæro modò.*] Adde in hac quæſtione, quando iuſtus metus excuſet à pœna delicti, vide Tiraquel.de pęn.temper. cauſ.36.& Menoch.de arbitrar.caſ.354.& ibi plenè habetur, an,& quando à pęna ordinaria, vel extraordinaria delinquens excuſetur, vide etiam Bertazz. conſ.172.n.11.& ibi addent. volum.1. & in conſ 266. volum.2. vbi habetur quod coactus
58 † à latronibus ad pulſandum alterius hoſtium, qui aperuit, excuſatur, & dicit Bald.in c.ſacris, vbi etiam Anton.de Butr. de his, quæ met.cauſ. quod licèt feceris per metum, debet puniri quòad culpam, quia aliquo modo conſentit. Hoc etiam tenuit Couarru.in 4.Decret.2.part.cap.3.§.4.num.7. vbi dicit quòd eſt venia dignus ad minuendam pęnam, non tamen vt impunitus remaneat in grauibus delictis, atteſtando de communi.

59 Item adde, † quod remittitur arbitrio iudicis, quando metus dicatur iuſtus, & quando ſit probatus, qui debet conſiderare qualitates metuentis, & metum inferentis, & facti. Menoch.de arbitrar. caſ.135.& 136. Burſat. conſil.330.num.66. & Bernard Gamb.conſil.47.numer.2. inter conſil.Gigan. & Vitalin.in tract.clauſul.titul.de reduct.ad arbitrium num.76. & metus dicitur iuſtus, qui infertur ex precibus, & blanditijs Principis, Tiraquel.vbi ſupra cauſ.35.numer.1.quia Principum preces pro iuſſu ſunt ibi num.4. eoque magis, ſi importunæ fuerint, num.3. quod intelligi debere aſſerit de eo, qui ſolet ſæuire in ſubditos, numero nono.

60 Item † adde, quod quando quis ſua culpa in metum incidiſſet, non excuſaretur, Ioann. de Amic.conſil.34.n.5. Gemin. conſ.24.n.1.

61 Item † adde, quòd teſtis falſum deponens propter metum, nõ excuſatur, Tind. in tractat. de teſtibus numero 12.

62 Item † adde, quod ſtrepitus armorum, voces altæ, & rugitus aliquorum ne interficiat, cauſant iuſtum metum, Alexand. in conſil.47. in cauſa prędicta, volum.4 & Afflict. in conſtitut. aſperitatem, num.22.

63 Item † adde, quod metus non præſumitur, ſed ad metum probãdum ſufficit leuis probatio, quia clam inferri ſolet; & ideo magis creditur duobus teſtibus de metu atteſtantibus, quàm centum aſſe-
64 rentibus † voluntatem ſpontaneam, & maximè quando præſumptio eſſet in aſſerente metum, ita tradit Alciat. de præſumption. regul.3. præſumpt. 7. & ita etiam habetur in addition. ad Bertazz. dict. conſ.172. vbi dicitur, quod in his, quæ communiter ſolent fieri per coactos, ſufficiunt leuiores probationes, ſed de his, quæ ſolent fieri ſponte, requiruntur validiores, & quando magis credatur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille negantibus, vel aſſerentibus de ſpontanea voluntate, Maſcard. de probation. concluſ. 1051.1052.1053. volumine ſecundo.

Item adde, quod metus amiſſionis omnium bonorum, uel maioris partis cenſetur cadere in conſtantem uirum, text. & ibi gloſ. in capit. 2. de his, quæ ui, &c. Bartol. in l. ſi ob turpem, ff. de cond. ob turp. cauſ. & latè Couar. in 4. decret. 2. pa. cap.3.§.4.num.18. *Baiar.*

k *Nunc quæro, nunquid prouocatio.*] Adde, quia in hoc propoſito dici ſolet; qui ira aliquid facit, uel dicit, non eſt prouocans, ſed ille, qui ad talem iram prouocat, arg. qui dat cauſam damni, damnum dediſſe uidetur, & prout arguit Aym. Crauet. conſil.2.num 12. & conſil. 219. ſub num.21. uerſ. non ob. quod dicitur, & ibi allegat Ariſt. ſed non præciſè; qui tamen per hæc uerba ſe explicat, Ethic.lib.5.c.4. inſuper (ait) circa alias quidem omnes iniuſtitias, ſemper fit relatio ad aliquid; ut ſi dixerim, adulterium commiſit, ad intemperantiam; ſi deſeruerit locum in acie ad timiditatem; ſi pulſauerit aliquem ad iram; At in materia prouocationis, uide Dec. conſ.487.num.9. Capyc. deciſ.58.nu.2. ſupra §.iniuria, uerſ. quæro etiam ad med. *Drgoh.*

Nunc quæro.] Bertaz. conſ.237. lib.1.& Farin. uol.4.q.31 n.7. item q.125.p.1. n.98. uol.5. necnon p.6. num.454.& alibi ſparſim in d.q. *Roſ.*

65 *Nunc quæro nunquid.*] Adde, quod † iudex poteſt eandem pęnam imponere pro homicidio prouocato, quam pro deliberato; poteſt tamen etiam non imponere, mutando illam; Boſſ. in titul. de inquiſition. numero 117. & Grammatic. deciſion.23. numero ſexto, & deciſion.98. & deciſ.5. per totam.

66 Item adde, quod † prouocans in rixa, etiam quòd dicat ad duellum, non incurrit pęnam duellantis, Plot. in l. ſi quan-po, num.705. *Baiard.*

Mitius

etiam. [l] *Mitius tamen punitur: quia in dubio ille, qui eſt prouocatus, præſumitur facere id, quod facit, cauſa ſe defendendi, & non cauſa vltionis: et ita dicũt iura, & Doct. vt ait Marſil. conſ.137.n.8. Vide quæ dixi ſupra hoc eod. li.§.homicidium, verſ.ſed quomodo. Et ita in facti contingentia ſeruatum fuiſſe in quodam homicida, qui verbis iniurioſis fuerat prouocatus, refert Papo lib.22. tit.5. arreſto 1.*

19 *Sed* [m] *hic quæro, nunquid iuſtus dolor in delictis excuſet. Reſp. Non vt delinquens impunitus euadat, ſed bene debet pœna aliquantum temperari, tex. eſt in l. ſi quis in graui.§.maritus.ff.ad Syll. et in l. ſi adulteriũ cum inceſtu, §.Imperator, ff.de adult & dicit Afflict. ſup.3.part.conſtitut. regni, rub.46.n.1. quod ſæpius vidit ita fuiſſe practicatum tempore Regis Ferdinandi I. Exemplum poni poteſt in marito occidente vxorem deprehenſam in adulterio, vt dixi ſup.hoc eod.lib.§.homicidium, verſic.ſed quia dicendum. Ad vnum tamen aduerte tu, qui defendis reum, vt probes non ſolũ cauſam ipſam, quam prętendis illum impuliſſe ad ita faciendum, ſed etiã quod ipſe motus fuit ex ea cauſa ad illud faciendum. Ita dicit Alexan. conſ.103. poſt n. 13. verſ. & dato quod comes, lib.1. & ita practicatur, vt ait Blanc. in pract. crim. fol.139.n.7.*

20 *Sed an fortè proderit reo excuſatio, quod delictum clam commiſſum fuerit? Reſp. Aut* [n] *delictum eſt ex illis, quæ ex ſui natura poſſunt eſſe licita, & illicita, vt ſunt contractus qui regulariter ſunt liciti, ſed in aliquibus caſibus prohibẽtur, puta tutori cum pupillo, vel huiuſmodi, & tunc magis punitur, qui ea clam committit, quàm qui palam: nã ex eo, quod illud clam fecit, præſumitur ſcire illud illicitum eſſe & ideo non excuſatur:* [o] *Aut verò delictum eſt ex ijs, quæ de ſui natura ſunt ſemper illicita, vt eſt blaſphemia, furtũ, homicidium, & huiuſmodi: & tunc plus punitur, qui ea palam committit, quàm qui clam. Et hæc eſt communis diſtinctio, & reſolutio Doct. vt dicit Gomeſ. in §.ex maleficijs n.21. Inſtit. de action. ſubdens non eſſe ab ea conſulendo, aut iudicando, recedendum.*

21 *Fui* [p] *quandoque interrogatus, nunquid in delictis pœnitentia excuſet. Reſp. quòd aut loquimur in pœnitentia poſt delictum commiſſum: & iſta non excuſat, quin poſſit accuſari, vt dixi ſupr. q. 16. verſ. Item quæro, & ſup.hoc eod.lib.§.Iniuria, verſic.quæro quid: ſed neque ad euitandam pœnam reperio, quod pœnitentia in aliquo delicto proſit, præterquam in crimine hæreſis, de quo videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra hoc eod. libro §.hæreſis, verſic. ſed quæro. Vnum tamen nota, quod licèt hæretico pœnitenti parcatur, ſi quis tamen accuſauerit falſo alium de hæreſi, non poteſt iſte pœnitere, ad hoc, vt euitet pœnam, ſed omninò puniendus eſt: & ita refert in facti contingentia iudicatum fuiſſe Cyn. & poſt eum Angel. in l. final. numero tertio, C. de accuſat. quos refert Anan. in capit.2. poſt numerum 18. de calumn. Et ego vidi duos igne comburi, qui falſo detulerant quendam de Bonetis tanquam relapſum de hæreſi, & contra eum falſum teſtimonium perhibuerant, quorum alter erat vxor ipſiuſmet accuſati, & alter erat eius adulter. Et hoc, non obſtante, quod offerrent velle pœnitere, & condignam ſatisfactionem facere. Aut loquimur in pœnitentia ante patratum delictum: & tunc eſt diſtinguendum: nam, Si quidem pœnituit, quia facere non potuit, non excuſatur*

l *Mitius tamen punitur.*] Adde, quod hoc non procederet, ſi prouocatio ab offendente prouenisſet, vt per Boſſ. in lo-
67 co ſupra citato, numer. 118. & quis † dicatur prouocator, vide Bertazzol. & ibi addent. in conſil. 88 & 89. & Menoch. in conſil. 41. & Bero. in conſ. 173. per totum volum.3. vbi tenet
68 prouocationem † legitimam fuiſſe ex percuſſione pugno facta, etſi is prius per verba generalia conditionaliter, & imperſonaliter prolata mentitus
69 eſſet, & † de prouocato, qui ex interuallo fecit occidi, mediante pecunia, vt mitius puniretur, conſuluit Bertaz. conſil.433.& 434. vbi reſpõdit ad Boer. in dec.168. ſed de d. conſilio iudicio meo non eſt multum confidendum, ſtãte maximè, quod ibi aderat crimen aſſaſſinij: & quomodo probetur quem prouocatum fuiſſe, vide Maſcard. de prob. concl. 1244. & de eo, qui dixit
70 † alicui, *tuotti da parte, dammi la ſtrada*, vide Bertaz. in conſil.1. volum. 1. & Io. de Amicis conſil.23 num. 1. & quibus coniecturis quis ex offendentibus, & inter ſe rixantibus
71 prouocator † præſumatur, Maſcard. de probat. concl. 1128. volum.3. & de hac quęſtione, quando prouocatio excuſet à pœna ordinaria, habetur etiã per Plaz. epit. delict. libr.1 cap.1. num.21. *Baiard.*

m *Sed hic quæro.*] Far. d.4. vol q.91.n.5. *Roſ.*

Sed hic quæro nũquid.)
72 Adde † videndum Cæpol. in conſil.42. numer.6. vbi dicit, quod punitur arbitrio iudicantis, & ibi, quando quis dicatur iuſto dolore motus, & per Marſil. in pract. in §.quoniam num.66.

Item adde, quod iuſtus dolor excuſat in delictis ad temperandam pęnam, etiam in ijs, qui dolore conciſi ex propoſito, & deliberatè delinquunt. Tiraquell. de pœn. temp. cauſ. prima, num. octauo,
73 quod procedit, † quamuis ille, qui vulnere, aut aliter lęſus fuerit, cauſam non dederit dolori vulnerantis, vel lędentis, vt ibi per Tiraquel. num. 10. & latè per Franc. Terzan. conſ.505. num.31. & 32. inter conſil. criminal. Bertaz. volumin.2. *Baiard.*

n *Aut delictum eſt ex illis.*] Adde, quòd non tantum in his, quæ clam fiunt, procedunt hic dicta; ſed etiam in his, quæ cito fieri non ſolent, cum citius fiant: tunc enim præſeferunt nullitates, dolos, ac alia, de quibus per Marſil. Rubrica de fideiuſſ. numero ſeptuageſimooctauo cum ſeqq. vide text. in l. qui cum maior. §.idẽ puto, ff. de bon. lib. *Drogh.*

o *Aut verò delictum eſt ex his.*] Tiraquel. de pęn cauſ.44. numero 53. & cauſ.57 numero 1. cum ſeqq.

74 Adde, quod † qui facit taliter actum, quod non poteſt venire ad notitiam eius, cuius intereſt, dicitur facere clam, Bartol in l. 2. C. de his, qui public. ratiocin. libr. 10. & maleficium commiſſum de nocte dicitur commiſſum clam, vel quod fit per interpoſitam perſonam, vel ſpreta auctoritate eius, qui eam debebat impartiri, Felyn. in cap. conſuluit numero vigeſimoſecundo, de offic. delegat. & dicit Menoch. de arbitrar. iudic. in caſu 194 numero vigeſimo, quod remittitur arbitrio Iudicis, quando clam, vel palam quid factum dicatur.

Item † adde, quod ma-
75 ius delictum eſt illud, quod committitur in Ciuitate, quàm quod in rure, Bald. in l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt. Ioann. de Anan. in capit. in tantum, numero ſeptimo de colluſ. deteg.

76 Item † adde, quod eſt maius delictũ illud, quod fit in diebus feſtiuis, & magis punitur, Bald. & Paul. de Caſtro in l. dies feſtos, C. de ferijs, contrarium tamen tenet Puteus in deciſ.291. dicens, quod feſtiuitas diei non facit delictum eo die cõmiſſum eſſe atrocius, niſi fuerit commiſſum coram multitudine, aut in præſentia Magiſtratus. *Baiard.*

p *Fui quandoque.*] Farin. uolum.5. quæſt. 124. parte quinta, numer.150. *Roſ.*

Fui quandoque interrogatus.] Adde Tiraquel. de pęn. cauſa 60. & cauſa 28. & cauſa quarta, numero 10. ubi limitat nonnullis modis ibi per eum expreſſis; & ubi etiam habetur, quando excuſat non à toto, ſed à quanto, & an excuſet à lata culpa. *Baiard.*